



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Sed an peccat mortaliter qui vendit sal, aut aliàs merces solà lege civili
prohibititas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

licet vendere nec emere 1. Res spirituales, vel spiritualibus annexas, quia Simonia est. 2. Ea, quæ iuxta legem prohibentur: nam leges iuxta obligant in conscientia. 3. Ea, quibus emptor non potest uti sine peccato, vel quæ moraliter non nisi ad nocendum inserviunt, vel quibus prævidetur emptor usurus ad peccandum, vel ea quibus homines communiter malè utuntur, & quæ sunt occasio emptoribus peccandi, nisi constet hunc emptorem benè usurum: quia esset cooperari peccato alterius, vel eum exponere periculo peccandi, imò ei instrumentum, & materiam peccandi præbere. Hinc peccat mortaliter, qui vendit obscenas imagines, vel librum contra Religionem, aut bonos mores, aut famam proximi. Sed qui ejusmodi res habet, tenetur eas destruere. Quòd si inde damnum patiat, id sibi imputet: nam tales libros non debuit sibi comparare; nec ideo magis excusatur, quam qui falsam monetam ignoranter ab alio accepit, quam tamen aliis tradere non potest.

Sed an peccat mortaliter qui vendit sal, aut alias merces sola lege civili prohibitas?

Resp. Aff. Non solum quia violat legem Principis, sed præsertim quia se exponit mortali periculo vitam, aut libertatem, & bona omnia amittendi cum exitio familiæ. Est autem mortale saltem contra charitatem tali pe-

riculo se exponere, ob aliquod commodum temporale longè inferius damno, cui se exponit. Quare nec licet aliis ista emere, quia dant occasionem peccato vendentium.

Q. 23. Quenam sunt obligationes emptoris, & venditoris?

Resp. Præter hæcenus dictas tenetur ex iustitia constituto tempore emptor solvere premium promissum, & venditor tradere mercem; nam ex contractu oritur jus strictum, & obligatio iustitiæ.

Q. 24. Quid dicendum de Retrahtu gentilitio?

Resp. I. Est Jus concessum proximo consanguineo venditoris ad rescindendam intra certum tempus, & ad se revocandam venditionem rei immobilis, eodem oblato pretio, quo res illa ab extraneo, vel à remotiore consanguineo empta fuit. Quod jus concessum est ad bona immobilia intra consanguineos conservanda; quare non potest extraneo vendi, nec dari.

Resp. II. Peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. 1. Consanguineus, qui rem venditam retrahit animo eam alteri suo nomine comparandi; quia lex non dat jus retrahendi, nisi ut sibi retineat. Imò sæpè juramento affirmare cogitur velle sibi retinere. 2. Ex-
tra-